

Johann Philipp Lau


De Dominio Cordis, Serenissimae ac Celsissimae Principis ac Dominae, Dominae Ludovicae Dorotheae Sophiae, Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Domini Friderici III. Marchionis Brandenburgici ... Unicae Electoralis Filiae, Prid. Kalend. Junii Anno M. DCC. approbante Coelo ... Domino Friderico, Landgraviatus Hassiae Haeredi ...

Coloniae Brandenburgicae: Liebpertus, [1700]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832538612>

Druck Freier  Zugang






Oswald Weigel
Antiquariat & Auktions-Institut
Leipzig, Königsstr. 1.

1903
comp. l. coll. 50. 11.

2
im.

A215



{ Hessen }

R-1135

AK: 00 F.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Index Scriptorum in hoc Volumen
mine contentorum

- 1.) Frau = Augustinis Dorotheen Au-
gustan Kun-Gräfin zu Hatzburg,
geborenen Hutzeyin zu Hatzburg
Sachsen, nebst Herrn = Grafen,
im Rath: Mentzer Eisen-Grä-
dicht. 1863.
- 2.) Programm Tubingense cum Joh. Wör-
Reggeri nomine Academia Panegy-
rico in memoriam Ludovici VI. Land-
gravi Hassiae Tubinga. 1878.
- 3.) Samuelis Andrea nomine Academia Mar-
purgensis Oratio Panegyrica in Carolum
Hassiae Landgravium, cum Carmine
Academia Geneethiaco. Marpurgi 1890
- 4.) Caroli Luca Panegyris in Carolum

1. Hassia Landgravium & ejus natalem qua-
dragesimum quintum. Zintlii 1698.
- 5.) Jean Phil. Lau Panegyris in nuptias Fri-
derici III. Landgraviatus Hassia heredis &
Ludovicæ Dorotheæ Sophie Regiæ Borussia
Principis. Berolini 1700.
- 6.) Ludov. Greg. Ditsch Panegyricus Funebris
in memoriam Dorotheæ Charlottæ Hassiæ
Landgraviæ natae e Domo Caoldina. Giesæ
1805.
- 7.) Cms. Ludov. de Gemmingen Panegyricus
Ernesto Ludovico Landgravo Hassiæ dictus.
Giesæ Hassorum 1705.
- 8.) Elegie sur la mort de Louyze Dorothee So-
phie Princesse Royale de Prusse Heredi-
taire de Hesse Caspel déceëe à Caspel
18 Nov. 1705.

9.)

9.) Castrum Doloris Georgio Landgravio
Hassia in Expugnatione Barcelona
eiusdemq; Fortalitii Montis mortuo
prostitutum à Pusto Eberhard Pasfern
Darmstadii 1706.

10.) Christoph. Arnold de Voigt Oratio Pa-
negyrica Hassiae iuventutis Princi-
pibus dictus, cum Programmate Aca-
demico & Carminibus Giesæ Hassorum
1707.

11.) Programma Giesense in natiuitatem
Ludovici Hassia Principis. Giesæ
Hassorum 1720.

12.) Frid. Herm. Goll & Joh. ¹³Wic. Fune-
cii nomine Academiae Prinfelienfis
Orationes Funebres Panegyrici in
memoriam Caroli I. Hassia Land-
gravi.

gravi cum Programmate Academico. 3. ^{Stück}
Hinfeln 1730.

14. 13.) Christoph. Frid. Sürmanni Votum Occasio-
ne Connubii Maximiliani & Fridericæ Char-
lotte Principum Hassia 1720.

15. 14.) Ejusdem Luctus in funere Principis Her-
editaria Hasso-Darmstadina Data Comi-
tis & Heredis Hanovia. Giesæ 1726.

16. 15.) Christiani Breithaupti nomine Acade-
mie Julia Gratulatio Solemnis in nuptias
Friderici Landgraviæ Hassia Principis;
cum Carmine Academia Göttingensis
& alio Germanico 3. ^{Stück} Helmst.
1720.

*De Dominio Cordis,
Serenissimæ ac Celsissimæ Principis ac Dominæ,*

**DOMINÆ
LUDOVICÆ
DOROTHEÆ
SOPHIÆ,**

Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini,

**DOMINI
FRIDERICI III.**

**MARCHIONIS BRANDENBURGICI
ET PRINCIPIS ELECTORIS**

Supremi in Borussia Ducis, &c. &c. &c.

UNICÆ ELECTORALIS FILIÆ,

Frid. Kalend. Junii Anno M. DCC.

approbante Cælo,

applaudente Europa,

feliciter obtento :

Serenissimo ac Celsissimo Principi ac Domino,

**DOMINO
FRIDERICO,**
LANDGRAVIATUSSHASSIÆ HÆREDI,

&c. &c. &c.

tributario ex Prussia Calamo,

venerabundus gratulatur,

Illustrissimæ Nuptialis Pompæ,

admirabundus testis,

JOANNES PHILIPPUS LAU,

COLONIÆ BRANDENBURGICÆ,

Typis ULRICUS LIEBPERTUS, S. E. AULÆ TYPOGR.

1705



Quod ex communi Populorum Votò,
omnibus Potentissimi FRIDERICI III. Provinciis,
Germaniæ universæ,
& vel Antipodum orbi,
quem nostra plerumque Fortuna secum trahit,
Sanctissimum ÆTERNI AMORIS FLAMEN,
fortunatum esse jubeat!
dum alii, Thalamos conscendunt,
Quos
funestæ in recidiva Pergama tædæ
sequuntur;
alii bella parant,
nullos forsan triumphos habitura:
Tv, sub FRIDERIGO & CAROLO,
felix iterum Marchia nubis & Hassia!
Utraque pacifica,
&
(quod inter palmas palmare Elogium est)
Utraque pia, religiosa!
Ejusdem Religionis uniti Vinculò,
quam bene iterum conveniunt,
quanquam alias dissimiles, & jugi impatientes,
Leo & Aquila!
Aquilæ hujus conjunctio,
Hasliaco Leoni nunquam non fausta existit.
Emorientem fere Antiquam à Pharamundo Stirpem,
reviviscere olim fecit Ludovicus:
Servabit illi vitam, Ludovica.

Post

Post ortum Seculi decimi Quinti,
FILIUS HERMANNI LUDOVICUS,
ex Noricô Thesaurô,
FRIDERICI FILIAM obtinuit MARGARITAM:

In diluculo decimi octavi
aliam FRIDERICI Filiam, FRIDERICUS,
Sibi in Conjugem ducit LUDOVICAM;
Prænobile DEI donum, DOROTHEAM;
felix veræ sapientiæ initium, SOPHIAM;
Illustris educationis sorte,
magis Serenissimæ SOPHIÆ,
quàm naturæ beneficiô,
Beatissimæ HENRIETTÆ,
FILIAM!

O gratas Fatorum vices
& gratiorem, vel in hâc vicissitudine, fati Constantiam!
Magni quondam FRIDERICI WILHELMI SOROR,
unitur WILHELMO;
FILIUS Potentissimus, WILHELMI FILIÆ;
NEPTIS Serenissima, felicissimo hujus NEPOTI.

Quàm benè,
alternas Domos alterna Princeps reparat!
Quàm benè,
Donare sic dona Sua norunt, PATRIÆ PARENTES,
non perdere!
Quàm benè,
occidunt nobis SOLES,
& redeunt!

At hic,
Serenissimus Sol noster,
Major quoque in occasu est.
Majorem quàm accepit,
Avitis Ceris splendorem reddit,
Suo Hymenæo.

Illustrem MARCHIÆ Diem invexit
ELISABETH HENIRETTA :
Sereniorem HASSIÆ inferet,
LUDOVICA DOROTHEA SOPHIA;
Fons Lucis meritò dicenda,
dum arcanô fatorum impulsu,

& fluit & uberior refluit ;
omni Hippocrenâ suavior ,
ut vel mergi in illô
& totam inde imbibere SOPHIAM ambiat,
Hæreditarius Cattorum Princeps CAROLUS;
ad primum hujus SOPHIÆ intuitum ,
novi propemodum Juris Repertor ;
dum procuratorio Provinciæ suæ nomine ,
Avitum Commodatum,
nimis favente Venere,
à Marchia, cum fœnore repetit.
Dives utique Hæc SOPHIA,
Illustris quondam Maternæ Animæ,
dimidium saltem superstes est :
at hoc dimidium, Hassiæ,
plus toto erit.
Confidera ex hœc, qui hoc Legis,
Justitiam FRIDERICI TERTII !
Et refert accepta, & refert cum fœnore
FRIDERICUS Justus.
Qui Suum cuique:
reddit hodie & Hassiæ ,
quod quondam ab Hassia accepit ;
& reddit id largiter.
Justitiam talem,
quis dubitet Fortunam esse secuturam ?
Quis Opulentiam, Pacem, Serenitatem ?
TU fanè,
dum tantæ Justitiæ Tribunales:
novum vel Orbi Lumen evadis,
Berolinum ;
Urbs Regum, Urbium Regina,
Oculus Europæ, Oculorum Magnes!
Cœlum evadis terrenum,
dum tam auspicatò, Cœlestia Corda jungis ?
Æmula Paradisi ;
Gratiarum mare ;
Gemma Germaniæ ; Europæ Adamas,
dum tam felici nexu,
Duos invicem unis Adamantes !

De

De hoc die
 tibi inprimis gratulare, Germania!
 Epithalamium cane, post Triumphos.
 Ex hęc nuptiali festo nascitura Messis,
 ad Te quoque spectat.
 Post victrices ad Rhenum & Danubium Lauros,
 necte Serta;
 & inter Oecumenicę Pacis conticinia,
 dum Oleas Myrthosque, Berolinum parat,
 Tuam quietem,
 nec resurgente ab Arctō procellā,
 turbatum iri time.
 Ut ensē, in propria rursus viscera stringas:
 Vagina Gentium, à te non impetret!
 Quin, quicquid pretiosum habes,
 confer huc ornandis,
 omni Superioribus pretio
 His Neo-Sponsis:
 Serenissimę, ex Domo Brandenburgicā,
 Heroinarum Principi, Principum Heroinę,
 Augustarum fortunatissimę;
 quę suā felicitate orbem simul fortunat,
 Amore beat;
 & Serenissimo Haslię Hæredi;
 Cui
 non Genius modò, Genus Illustre,
 Sed Cælum quoque,
 Regimen jam tum hodiē, confert auspicatum;
 Ex ipso Sceptri Brandenburgici Oculò,
 Sceptrum!
 quò felix nascendi origine,
 Conjugii forte evadat felicior.
 Coronam Regni desideras?
 Erras, qui illam quæris.
 Serenissimę Domui Brandenburgicę,
 offeruntur & oppignorantur
 vel Coronę:
 At hic,
 Serenissimorum Neo-Sponsorum Uterque,
 Floris quoque sui corona,


Uterque coronæ suæ flos, unio & adamas est;
 PAR sine pari:
 PAR CORONARUM;
 PAR ILLUSTRÉ CONJUGUM;
 sed quos Unio animorum animat, Amor.
 Radiat in ILLORUM SERENISSIMO SANGUINE,
 quicquid in orbe est Lucidissimum:
 quid mirum,
 Si ex tam ILLUSTRÉ SANGUINIS ERYTHRÆO,
 Uniones prodeunt adè pretiosi;
 PRINCIPES, OMNIBUS NUMERIS ABSOLUTI;
 in quorum Fronte Modestia;
 Ore, Suavitas.
 Oculis, Clementia;
 toto Corpore Concinnitas vivit;
 in Mente fortitudo regnat
 Constantia, Magnanimitas.
 Ex meritò igitur
 dignum his Tædis jubar addere,
 tota quoque laborat Magnificentia.
 Tam fortunato Choragio,
 omnes Provincias, cum gaudio ancillari par est;
 dum ad hanc Genialem Spondam,
 publica quoque Fortuna,
 PARI HUIC SELECTISSIMO despondetur
 & pronuba hæc tantæ Fortunæ Dies,
 à communi Gaudio, nec unum arcet.
 Ab Hoc PARI, par omnibus solatium est;
 par exultandi ratio;
 par plaudendi necessitas.
 Serenissimus Hic Hymenæus,
 & Principum corda,
 & Nationum amores, & Civium vota,
 eodem nodò copulat.
 Et Cives gaudent & Nationes,
 ubi Tu hodie
 tam feliciter de Corde & Victore cordis Tui triumphas;
 Serenissime Princeps FRIDÉRICE!
 Mereri Te oportet,
 cujuscunque prærogativam Sceptri,
 postquam Libero hæctenus SERENISSIME SPONSÆ Cordi,
 tam

tam benè scivisti imperare.
 Nullius Dominio subditum,
 Tuo tandem parere voluit.
 Omni potestati exemptus Monarcha, Amor,
 Tuo cessit Affectui.
 Augustum hodie regnum TIBI aperitur :
 amicum abhinc AUGUSTÆ TUÆ Animum regere ;
 dum fortunatius Amoris,
 quam Populorum Regimen est.
 Vacillat utique & hoc,
 absque Populorum amore.
 Hoc præsidio destituta,
 nutant vel sceptrâ.
 Tu
 quia benè scivisti amare :
 benè scies & regere.
 Feliciter igitur pro Throno, THORUM conscende ;
 tot gentium Trophæis & jam illustrem,
 & olim, in SERIS NEPOTIBUS
 magis illustrandum !
 Faustitas illum circumstet omni ex parte.
 FOECUNDUM verò æternæ LÆTITIÆ PARTUM,
 Hymenæus inde, propitiâ Junone edat !
 Huic utique THALAMO,
 post aliquot annorum sterilitatem,
 & benigni soles
 & virides inde, hoc annô arrident Segetes,
 & læta exultant Vineta :
 Ergo, quæ exeunte Seculô, tam feliciter nubit,
 Sit MATER quoque FELICIOR, FUTURI SECULI !
 Redire modò in Hassiam videtur,
 quæ abinde, in Potentissimi FRIDERICI TERTII Amplexûs,
 ante aliquot aristas, exiverat VIRGO :
 Cum VIRGINE, novum ex aurô Seculum redeat !
 *AURIACA est ;
 Spondet aurum ;
 Et deest quidem HUIC VIRGINI unum,
 ut Virago & esse definat, & esse incipiat :
 at fiet plena,
 ubi in castissimo Amoris Zodiaco,
 SOL EJUS SERENISSIMUS, ad illam accesserit.

An

An fallor?
Non Sol,
Sed novô Asterismo, LEO tunc erit in VIRGINE
VIRGO LEONEM circumdabit.
O quater felices,
quos Amor tam benè implet!
Quos implet, dum tam benè sociat.
Felices,
quos sic non fauciat, sed sociat!
De Hoc FORTI dulcedo exhibit, non dolor.
Sauciari nequit,
quàm CIDARIS tegit ELECTORARALIS.
Felices hæ erunt Nuptiales Faces!
& Fasces portendunt & Fascias.
Perpetuum Ver promittunt,
in ipso Veris capite & redivivo Floræ Imperio
accensæ;
In CONCORDI CONJUGIO Juge Gaudium:
dum Concors Unius Fidei Cithara,
SERIS ad mundi finem POSTERIS,
(quod DEUS faxit)
in æternum consonabit.





43 18

30. -


6925
cat.

6. Okt 1966 F.

151 of

Oswald Weigel
Leipzig, Königstr. 1

30. -



Der muntre, tapfre Prinz, ein Feind von langen Hoffen,
Des Liebe Meer und Land zeithero unterbrach,
Freut sich, daß nun sein Wunsch in so weit eingetroffen,
Daß nach der langen Nacht sich zeigt der güldne Tag;
Da Er, was der Geist umfassen
Mit so brünstigen Verlangen,
Dessen Feuer, dessen Gluth
Dämpfft kein Meer, löscht keine Fluth,
Endlich in die Arme fasset, als ein unschätzbares Guth.

So groß mein Hoffen war, spricht Er, wars doch zu wenig,
Wenn Ich, den hohen Schatz damit vergleichen soll,
Den Mir der weise Fürst, der Britten grosser König,
Jetzt sendet zum Gewinn, und meiner Liebe Zoll:

Was vor Danck soll ich Ihm geben?

Wie soll Ich verbunden leben?

Carolina, Deinem Geist

Wird kein Opfer, wie es heist,

t nach Würden angezündet, wenns auch Gold und Weyrauch
speist.

Laffen, meinem Volck, und der Cherusker Sprossen,
dunt dieses Glückes Strahl den allerschönsten Tag;
Wenn der Himmel sonst der Pallas Bild gegossen,
Wd es noch Troja schenckt, da nie kein Wohl gebracht;
Diß Palladium soll Hessen
Chren, und niemahl vergessen,
Daß es ein Geschencke sey,
Daß der grösten Lieb und Treu
würdig, denn es bringet dir die güldne Zeit herben.

Musen, welche sich am Leine Fluß ergötzen,
Wenn sich ihr stiller Geist ins Alterthum vergräbt,
Nun sich dieß Band zu jenem hinzusetzen,

Heinrich recht vergnügt mit Adelheid gelebt,

Da das Glück auf güldnen Wagen

Hessen damahls hat getragen;

Da ist Cassels Friederich

liebt Mariam inniglich,

sein Hoff ein solches Eden, und sein Land ein Seegens-Strich.

